





sed ex iusta causa denegata est, quia non conceditur in transitu licentia, nisi quando temere, & proterve licentia denegatur; ut constat ex ed. c. licet vobis, ubi dicitur, & consilium ex dicendis n. 100. ubi hanc transiuntem revocari potest probabimus.

98 Secundo deducitur, hunc professum iam in secundo monasterio, posse propria auctoritate ad prius redire, cum profectio posterior irrita sit, & prior valida. Et ita docet Abb. conf. 95. num. 2. volum. 1. & probat ex c. intelligimus, de atar. & qualitat. libi; ad primam demum redire curasti qui reditus approbatur in eo textu, & c. mandamus, 19. q. 3. libi; precipuus ut recolat. Quare credo etiam cum teneri redire; si commodè & absque scandalo possit, & religiosi prioris monasterii velint eum admittere: id enim ratio adducta probat.

99 Revocabitur autem huiusmodi professus triplici actione. Prima est rei vindicatio, quamvis enim hæc, non competat nisi domino, i. in rem, ff. de rei vindicat. at hæc est largæ rei vindicatio, & competit pro homine libero alterius potestati subiecto, adjecta tamen causa. Secunda actio est, conditio ex Canon. Statutum 10. q. 3. Ultima est, imploratio officium iudicis. Ita docent Innocent. cap. licet num. 4. de regular. & ibi Joan. Andr. nu. 9. Anton. nu. 6. Hostiens. nu. 165. Abb. num. ult. Cardin. num. 2. q. 14. Roman. consil. 341. circa primum nu. 3. Atque triplex hæc actio competit, non solum quando religiosus transit ad strictiorem religionem non petita licentia; sed etiam quando petita, & ex iusta causa denegata transiit, vel nulla causa assignata, & non petiit subditus causam; cum tunc eam debeat petere, ut diximus nu. 38. atque ita docent Innocent. Joan. Andr. Hostiens. Cardin. ibid. Et potest Abbas religiosum hunc repeterere, etiam non appellaverit Abbas ante transitum; ut bene docent Innocent. & Hostiens. libi; Joan. Andr. num. 11. Cardin. quæst. 16.

100 Quod si Abbas pretendens monachum transivisse illicitè, appellari ex causa verisimili ante transitum, & appellatione pendente transeat; debet istam ante causæ cognitionem per viam arctuari, relictis officio iudicis priori non inchoato. Ita docent Innocent. cap. licet n. 4. Hostiens. libi; nu. 16. Joan. Andr. nu. 9. Anton. nu. 9. Cardin. n. 3. q. 11. & ibi Anchar. num. penult. Admittunt Innocent. Hostiens. Joan. Andr. & Anton. idem forte esse si non est appellatum; sed res ad superiorem delata est per viam querelæ; & Anchar. ait, hanc restitutionem in utroque casu faciendam.

101 Sed dissident Doctores pendente lite inter utrumque monasterium, in quo debeat esse ille monachus sic translatus. Hostiens. cap. licet nu. 16. & ibi Joan. Andr. nu. 11. Anton. nu. 10. Abb. in fin. aiunt, in posteriori monasterio, ad quod transit, ipsum esse futurum, quia hoc est in quasi possessione ipsius, & est reus. At verius est, eum futurum in priori monasterio, a quo transit: quia prius monasterium legitimam ipsius possessionem habebat per professionem, qua in dubio spoliarum non debet; & si iniuste ante legitimam declarationem iustitiam transiit spoliatum est, debet restitui recuperata iuxta pristina possessione, eo vel maxime quod Abbas ipsum admittens ad posteriora monasterium absque dimissioni literis prioris Abbatis, aut sine huius transitus examine, fuerit in culpa, ut probavimus num. 40. & ita docent Innocent. eo cap. licet num. 4. Cardin. num. 3. q. 13. Anchar. num. penult.

102 Sed si posterior monasterium nolit eum defendere, cogatur utique officio superioris, quando annus a transitu jam lapsus est; secus si in nondum lapsus sit. Et ita docent Joan. Andr. Hostiens. Anton. Cardin. nu. 3. q. 15. ubi allegati sunt num. præced.

103 Et si licet mota obtinuit religiosus ille translatus, & iam revocatus, cogatur posterior monasterium, vellet, nolit, eum admittere. Quia ex quo iam in eum concessit, non potest retrocedere argum. cap. dilectissimi 8. quæst. 2. nisi ex secunda receptione scandalum immineret. Quod arbitrio superioris relinquatur. Sic docent Joan. Andr. eo cap. licet num. 12. & ibi Hostiens. num. 16. Cardin. num. 3. quæst. 15. Anchar. in fine.

104 Tandem discussas est, an religiosus, qui ad aliam religionem transit, & postea ad pristinam redit, sit necessario admittendus? Et potest hæc quaestio tractari, quando iuste, & quando iniuste. Et quidem quando iuste transit, ut ad strictiorem religionem impetrata licentia, concors est Doctorum sententia, si hic non inveniatur religiosus eum admittere volentes, vel expellatur, aut voluntate mutata redeat ad priorem religionem: teneri religionem priorem eum admittere, quoties hæc contingunt ante professionem in posteriori religione emissam; secus si contingant post. Quoniam facultas, & abdicatio iuris, quod quis habet, factæ ex causa, non obtinet firmitatem ea non sequuta. At hæc transitus facultas concessa fuit, ut in posteriori proficeretur, quod subsecutum non est. Atque ita docent Bald. l. cum in adscriptis, in princ. n. 4. c. de adoption. Affos. sum. x. p. lib. 1. tit. 20. art. 10. q. 4. d. Anton. 3. p. tit. 16. c. 4. s. fin. Rofel. verb. religio 4. n. 9. Turrec. c. 1. n. 9. 19. q. 3. Sylvest. verb. religio 4. n. 5. Tabien. verb. religio 9. 24. n. 25. in fine; Gregor. Lopez. lib. 9. vers. a otar tit. 7. p. 1. Anton. Cucus lib. 3. instit. moral. tit. 1. n. 140. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 14. quæst. 11. Atque idem est dicendum, si tranierit ea licentia petita, & iniuste denegata: quia tunc perinde est, ac si

concessa esset ob illam causam: cum ius eam tunc concedat cap. licet, vers. talis vero, de regular. Cum ergo causa non sit subsequata, erit necessario admittendus. Et idem procedit, quoties ex legitima dispensatione transit ad eandem, & cum eadem prioris ratio militet. Addunt bene D. Anton. Affos. Rofel. num. 10. Sylvest. Turrec. num. 10. si licentia fuerit simpliciter concessa, eo quod religio, & religiosus ille simpliciter renunciarit iuri suo, non concurrente legitima causa, non valere licentiam: & sic necessario redeunt esse admittendum, quia datur anxia vagandi, quod interdictum est cap. Abbates 18. quæst. 2.

105 Si vero iniuste translatus sit, eo quod licentia non petita sit, aut ea iuste denegata fuerit, Anton. cap. intelleximus, n. 10. de atar. & qualitat. & ibi Abb. ad fin. dicunt, non potest prius monasterium cogi ad ipsum recipiendum. Sed melius idem Abb. conf. 95. n. 2. volum. 1. citatis Joan. Andrea, & Hostiens. ait, habere hunc jus, ut ad monasterium admittatur, cum transit ad posteriora, & professio in eo emissam non valuerint, eo vel maxime quod cap. final. de regular. iubeantur Abbates admittere fugitivos in religionem; si secundo ordinem regularem admitti possint, neque qui nunc proprie fugitivi sunt; sed ad aliam religionem pratermissio iuris ordine recedente. Atque ob eandem rationem idem dicendum est, si absque legitima dispensatione tranierit ad religionem laxiorem, aut æque arctam; quia eadem, immo fortior ratio militat; cum tunc certius sit professionem esse irritam.

106 Quod si religionem laxiorem contra ius ingressus, & ad laxiorem mentem rediens repetat prius Cœnobium, nec in id admittatur, eo quod iam senior, ut infra valeat n. utens sit, aut alia de causa, ut tunc in religione laxiori permaneat, ait Azor. lib. 12. instit. moral. c. 15. q. 2. cum indigere dispensatione poterit eam concedere; quia licet transire abique facultate legitime peccabit, ita & absque illa persistendo. Sed hoc non placet, quia si hic in perpetuum patitur a priori religione, nullatenus peccabit transiendo ad quancunque laxiorem, ut dicemus c. 9. Ergo nec in laxiori perseverando, sed sola nova prioris professionis irritæ ratificatione indigere. Quæ qualiter faciendi sit, diximus lib. 5. huius Operis c. 4. n. 34. & latius lib. 7. de matrim. disp. 37. a n. 59.

107 Id demum observandum est. Si hic contra jus ad religionem laxiorem transiens, & ad priorem reversus, ut Pius V. in quodam suo proprio motu iussit, non admittatur, & Iudices Apostolicos adeat, qui causa cognita decernant, eam in laxiori permancere debere; nullatenus incurrit penas in eo proprio motu statutas contra non redeunt ad pristinam religionem omnia laxiori. Quod hic non permanet in laxiori religione virtute aliorum facultatum, quas penitus abrogavit Pius V. in eo motu proprio: sed vicentiam latæ a Iudicibus Apostolicis ad id definitam. Et ita docent Navar. lib. 3. consilior. tit. de regular. in 1. edit. conf. 72. num. ante. in 2. conf. 99. num. ante. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 15. q. 2. in fine.

SUMMARYUM.

An transientes ad aliam religionem sint incapaces quorundam beneficiorum, etiam curatorum? & explicatur Tridentinum, sess. 14. c. 11. de reformat. n. 108. Quæ pars statuatur Clemen. 1. de regular. mendicantibus transiuntibus ad non mendicantes? n. 109. An illi subiacent mendicanti transiens ad religionem mendicantem, vel ad Carthusiam, vel non mendicanti transiens ad quancunque? n. 110. Quis de mendicantibus non simpliciter, sed cum moderatione approbatus? n. 111. Quis de mendicantibus novitiis, vel invalidis professis? n. 112. An sint mendicantes, qui actu mendicant, at possunt ex regulari habere redditus? n. 113. Quis de iis qui ex suis iuris constitutionibus non possunt habere redditus, & possessiones in communis? n. 114. Quis si in ex privilegio, aut iure novitiis Tridentini permissum sit habere redditus, & possessiones in communis, vel de facto illa habeant contra ius? n. 115. An nomine mendicantium comprehendantur moniales subiecta ordinibus mendicantibus? n. 116. An non soli comprehendantur quatuor ordines antiqui, sed etiam de novo adjecti, & an habens facultatem transiendi ad mendicantes, debeat hos de novo adjectos querere, & an religiosi Societatis sint vere mendicantes? n. 117. Quis si mendicanti transiit, ad non mendicantes, & postea reddit ad mendicantes? n. 118. Quis de mendicante creato Episcopo, & postea Episcopatum deposito transiunt ad non mendicantes? n. 119. Et loco in Capitulo, intelligatur de voce activa, & passiva? n. 120. Quis de hac voce in administratione Ecclesie secularis? n. 121. De qua voce in Capitulo, & de quibus Prelatis in textu intelligatur? n. 122. Quis nomine loci in Capitulo intelligatur? n. 123. An privetur loco in choro, & aliis congregationibus? n. 124.

An hæc pars procedat in omnibus, qui iam transierant, vel in posterum ad mendicantes transiunt; & an in cum quibus dispensatur ad transitum, & habendam pralaturam; possint habere hanc vocem, & locum? num. 125. An interdicanter Prælati, & administrationes in sola religione an etiam extraneis num. 126. Quis intelligatur nomine officiorum num. 127. An intelligatur officium predicandi? n. 128. Quis de officio docende aliorum facultatis? num. 129. An possint hi esse vicarii Episcoporum? n. 130. An possint hi ad gradus literarios promoveri? n. 131.

108 Quæstio ultima. Quæ in iure interdicta sint religionibus transiuntibus in casu permissio ad alias religiones. Et quidem in Trident. sess. 14. cap. 11. de reformat. in fin. statuitur, ut omnes religiosi, etiam canonici regulares sint, translati ad alium ordinem, sint omnino incapaces quoruncunque beneficiorum secularium, etiam curata sint. Et intelligitur, quamvis ad strictiorem sit transitus, ut bene docet Leonard. lib. 2. de iustit. cap. 1. dub. 13. nu. 105. quia generaliter loquitur de translatis vigore etiam culculatione facultatis.

109 Rursus in Clement. 1. de regular. duo statuuntur. Prius est, ut mendicantes, qui auctoritate etiam Apostolica ad non mendicantes transierant, aut in posterum transiunt, quamvis tunc Prioratus, vel officia, aut curam animarum, vel regimen quodcumque obtineant, inibi vocem, & locum in Capitulo non habeant, etiam hoc ab aliis libi liberè concedatur. Posterior est, ne sic translati aliumur in posterum ad Prioratus administrationes, aut quancunque officia, etiam tamquam vicarii, seu ministri, vel locum aliorum tenentes, & ne animarum curam, aut regimen possint pro se, vel pro aliis exercere. Et quidquid in contrarium privilegium fuerit, decernitur ibi fore irritum ipso iure, nullis privilegiis obstantibus.

110 Ex quo colligitur, non subiacere his penis mendicanti transiuntem ad aliam mendicantem, vel si non mendicans transeat ad quancunque aliam religionem. Quia tunc loquitur ex Clementia de mendicanti transiuntem ad non mendicantes. Ita tradunt Gloss. libi; verb. non mendicantibus, & ibi Anchar. num. 4. notab. 3. Bonifac. num. 59. Imola num. 9. Cardin. in princ. num. 165. quæst. 8. Navar. lib. 3. conf. it. de regular. in 1. edit. conf. 77. in fin. in 2. conf. 66. in fin. Azor. lib. 12. instit. moral. c. 14. q. 12. Nec credo intelligi mendicantes translatis ad Carthusiam, quia textus Clemen. 1. aperte loquitur de transiuntibus virtute aliorum privilegii, etiam Apostolice ad religionem minorem, & ita ad non mendicantem. At hic transiit pro communi permissus est tamquam ad religionem strictiorem, & si mendicans non sit. Extravag. Viann. de regular.

111 Nec subiacent quoque his penis mendicantes, qui non simpliciter, & omnino à Sede Apostolica approbati sunt: sed cum habet moderationem, ut nullum in posterum ad professionem admittant, possintque ad quoscunque alios ordines approbatos transiuntibus cap. licet, & quoscunque alios ordines ad quoscunque alios ordines transiuntibus in 1. edit. Clemen. 1. in fin. & ita tradunt omnes.

112 Nec clauduntur mendicantes novitiis, nec ita invalidi professi, ut licite possint ad aliam religionem transire, ut pote qui ad priorem non sunt obligati; quia expressè loquitur ex Clementia de professis, qui ex vi professionis tenentur in priori vocatione persistere. Et ita docent Gloss. libi; verb. ut professores, Imol. nu. 6. Bonifac. nu. 53. Cardin. in princ. nu. 9. 1. An comprehenduntur qui in Societate JESU emiserunt vota benevoti, ut dicimus nu. 117.

113 Nec comprehenduntur etiam nomine mendicantium illi quibus ex regula, vel constitutionibus non est interdictum habere in communis redditus, & possessiones, quamvis actu mendicent, quod constat ex c. unico, & confirmatos, de relig. dim. in 6. ubi dicitur mendicantes esse, quibus ad congruum sustentationem redditus, aut possessiones habere profectio aut regula quælibet interdicunt. Atque ita docent Lapez allegat. 4. an dispensatio num. 3. Archidia. eo c. unico, paulo post princ. verb. mendicantes, & ibi Joan. Andr. paulo post princ. Anchar. num. 1. notab. 4. & ibi Dominic. & confirmatos, num. 9. Franc. eodem §. num. 4. idem Dominic. c. 2. num. 11. de regular. in 6. & ibi Franc. num. 6. Imol. Clemen. 1. num. 8. de regular. & ibi Cardin. in princ. num. 10. quæst. 3. Felin. c. in presertim, num. 52. in fine, de probat. Palud. 4. dist. 38. q. 2. nu. 17. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. in princ. Mandos. regul. 23. Cancelaria, 9. 3. in fine, Manuel. Rodrig. quæst. Regular. tomo 3. q. 52. art. 15. ad finem.

114 An vero comprehendantur, qui ex constitutionibus arctantur ad non habendos redditus, & possessiones in communis, non constat inter Doctores, quidam enim asserunt quia c. unicum, & confirmatos, de relig. dimissis, in 6. tamen petit ex regula, vel professione, non possint habere redditus, & possessiones in communis; & antiquitus litera textus loco professus, dicebat constitutus. Et ita sentiunt Lapez allegat. 4. an dispensatio, num. 2. Joan. Andr. eo c. unico, paulo post princ. & ibi Anchar. num. 1. notab. 4. Dominic. ibi §. confirmatos, num. 8. & ibi Franc. eodem §. num. 3. Anton. Cucus lib. 3. instit. moral. tit. 1. nu. 6. Dec. c. ad nostram in nova edit. num. 27. de appellat. Mandos. regul. Cancel. 23. q. 3. in fin. & explicat Anchar. Dominic. & Franc. allegato Lapez, quam

vis hæc constitutiones non sint à Pontifice approbatæ. At verius est non censeri mendicantes, nisi hæc constitutiones à Pontifice sint approbatæ, quia nequeunt privati libi legem imponere, quia recedere non liceat. Et ita docent allegato Paul. Anchar. Clemen. 1. num. 6. in fin. de regul. & ibi Imol. num. 8. Bonifac. num. 79. Cardin. in princ. num. 10. q. 3. Federic. conf. 25. in princ. Navar. lib. 3. conf. tit. de regular. in 1. edit. conf. 63. in 2. conf. 65. n. unico, quod procedit, etiam hæc constitutiones iurejurando sint stabilitæ; quia adhuc ipsæmet statuentes possunt collegialiter contravenire; & ita docent Palud. Anchar. Cardin. & Bonifac. ibidem.

115 Comprehenduntur tamen mendicantium nomine ii, quibus ex regula, vel constitutionibus à Sede Apostolica approbatis interdictum est redditus, & possessiones in communis habere, quamvis illicitè contra prohibitionem illa habeant, vel licitè ex Pontificis dispensatione, sicut hodie in Trident. sess. 25. de regular. c. 3. dispensatum cum omnibus mendicantibus præter Minores de observantia, & Cappucinos ut habeant redditus, & possessiones in communis. Ratio est, quia licet in hoc dispensatum sit cum illis, retinetur tamen quo ad alia, omnia privilegia mendicantium. At privilegium tollens unum, non tollit aliud, si minus unus, ff. de servitut. urban. prædior. c. pastoralis, de privileg. c. ex iuratum, de auctoritat. & iust. palli. Ergo licet privilegio habiles facti sint ad habenda bona in communis, non subinde liberantur aliis iuribus loquentibus de mendicantibus. Atque ita docent Lapez allegat. 4. an dispensatio, num. 4. & 5. ibi Mandos. in additionibus, verb. retinere, Dominic. c. unico, & final. in fin. de religio. dimissis, in 6. & ibi Franc. §. confirmatos num. 3. idem Dominic. c. 2. num. 11. de regular. in 6. Imol. Clemen. 1. num. 8. de regular. & ibi Bonifac. num. 58. Felin. c. in presertim nu. 52. vers. istis hoc modo de probation. Ribuffi in concordat. rubr. de Reg. ad pralatur. nominat. factio. verb. mendicantibus, vers. sicut illi Sybo. verb. relig. 3. quæst. 3. Man. Rodrig. Quæst. Regular. tom. 3. q. 52. artic. 15. ad finem, Mandos. regul. 23. Cancel. 9. 4. num. 4. & ibi Franc. qui bene limitat num. 55. allegat. Cassatorem, & ibi Franc. nisi privilegium dispensans, ut in religio. habeant redditus in communis, continere expressè eos in posterum non fore mendicantes.

116 Hinc deducitur, quid de monialibus ordinibus mendicantium, ut Prædicatorum, & Minorum censendum sit. Quidam enim negant, eo quod iure mendicantes non sint, cum possint habere possessiones, etiam privilegia quædam ordinum mendicantium habeant. Ita sentiunt Guillelm. de Monte. Landum. Clemen. 1. de regular. & satis inclinat in hanc partem Cardin. ibi in princip. numero 15. quæst. 7. quamvis tandem contrarium concludat; non quia sint vere mendicantes, sed quia sint quasi pars monasterii virorum mendicantium. Eandem sententiam tenent Paludan. 4. dist. 38. quæst. 2. nu. 17. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. in princ. vers. item nota, Sylvest. verb. relig. 3. q. 13. dist. 3. Angel. verb. novitiis nu. 6. Sed contrarium tenent; eo quod non obstat, cum illis esse dispensatum ad habendos redditus in communis, quominus vere mendicantes sint, ut diximus nu. præced. Sic docent Lapez alleg. 4. an dispensatio num. 1. & 3. & ibi Mandos. in addition. litera A. Gloss. Clemen. 1. verb. quoscunque, de regular. & ibi Imol. num. 8. Bonifac. num. 56. Dominic. c. 2. num. 11. de regular. in 6. & ibi Franc. num. 6. Sed priorem sententiam veriori reputo, quia, ut bene ajunt Angel. & Sylvest. hæc moniales non habent ex privilegio, sed ex sua regula posse habere redditus in communis. Si tamen aliqua essent moniales huiusmodi, quibus ex regula interdictum esset, eos redditus habere, vera esset prior sententia.

117 Insuper comprehenduntur non solum quatuor ordines mendicantes, de quibus sit mentio c. unico §. præst. de relig. dimissis, in 6. qui sunt Prædicatores, Minores, Augustiniani, Carmelites; sed etiam omnes alii ordines, qui postea à Sede Apostolica tales instituti sunt: ut religio Minimorum, & Societatis JESU, quia omnes illi vere mendicantes sunt. Et ita docent Azor. instit. moral. tomo 1. lib. 12. c. 14. quæst. 12. vers. quære: atque in simili tradit Navar. comment. 4. de regul. nu. 13. vers. 2. & Manuel. Rodrig. gg. regular. tomo 3. q. 52. art. 23. ubi tradunt, Fratres quosdam, quibus concessa est facultas transeundi ad non mendicantes, si mendicantes admittere volentes non inveniunt, non satisfacturos, si apud mendicantes olim institutos non admittantur, nisi admitti quoque tentent apud denuo tales creatos. Et Suarez tomo 5. in 3. part. disp. 31. sect. 6. num. 7. docet, suspensionem latam c. n. solum, & c. constitutionem, de regular. in 6. in superiores ordinum mendicantium admittentes ad professionem ante annum novitiatus, extendi ad mendicantes postea creatos: nam lex generalis & perpetua non solum tenet natos, sed in posterum natiuitos obligat; & idem Suarez. eadem tomo disp. 22. sect. 5. num. 16. ait, excommunicationem latam in Extravag. Viann. de regular. contra mendicantes translatis ad alium ordinem, quam Carthusiam, extendi ad religiosos Societatis JESU: & non ad solos profectos, sed etiam ad alios, qui omnes novitiatus biennio emiserunt vota simplicia, quia ii hinc sunt vere religiosi mendicantes, eorumque privilegiis gaudent, ut declaravit Pius V. in Bulla anno 1571. & postea Gregorius XIII. in Bulla edita anno 1582. & in alia 1584. & fuit hic maxime favor religionis, ut in ea personæ conferverit, nec facilius sit transitus ad alios ordines cum detrimento religionis delata. Dicitur ex parte contrariis est Horatius Mandos. de privileg. ad instar.

Infer, gloss. 2. num. penultim. diceas Collegia Societatis JESU non esse mendicantia, sed solum Societatem, quae ex professis constat; & gloss. 11. num. 24. defendit religiosi scholares Societatis JESU non esse vere mendicantes, sed tantum quoadmodum. Idem tradit Manual. Rodrig. tom. 2. regulas. 9. 49. art. 2. Nihil tamen certo desinitur; sed rationes addi- cunt pro utraque parte, ibique referunt fundamenta, & quae alii ostendunt esse verius, quod Pius V. in Bulla supra citata declaravit ad eam dubitationem tollendam. Proposita eorum ratione dubitandi, quae sumitur ex redditibus Collegiorum, quibus illi scholares fruuntur, desinit, se ad eam ambiguitatem tollendam declarare domos, Collegia, & personas omnes Societatis esse vere, & proprie mendicantes. Quare jam non videtur posse id in dubium revocari.

118 Sed quid si mendicans transivit cum legitima facultate ad mendicantes, & postea penitentia ductus redit ad non mendicantes, an incurrat penas praedictae Clementinae: in ordinem mendicantium jam translatus, an solum, dum in non mendicanti existit. Incurrere in utroque affirmant, dummodo in utroque professus sit Paulus, & Lopus, & Clement. 1. ubi eos referunt, & sequuntur Anchar. ibi. 4. notabil. 2. imol. num. 1. Card. in princ. num. 4. 6. Rebol. prax. benef. tit. de dispensat. cap. regular. num. 22. Sed iure optimo contrarium tenent Bonifac. ibi. num. 85. dicens, evadere praedictas penas transiitum postea ad mendicantes: & sic esse capacem vocis in Capitulo, & officiorum, quibus interdictum huius erit permanenti in ordine non mendicanti; quia in Clementina 1. expresse reddit inhabilem ad haec mendicantem transiitum ad non mendicantes, respectu ordinis non mendicantis, & dum in eo perseverat. Nec textus penaliter ita extendendus est, ut comprehendat quoque hos religiosos ad mendicantes iam regressos. Et a fortiori id verum est, si abique debita licentia transivisset, cum professio tunc apud non mendicantes sit irrita. Quo casu diximus num. 111. non esse locum his penis.

119 Rursus difficultas est de religio ordine mendicantium creato Episcopo, qui ex Pontificia licentia Episcopatum deponit, & postea transit ad non mendicantes, an comprehendatur praedictis penis: id negat Bonifac. ead. Clement. 1. num. 87. & 88. Quod textus loquatur de religio mendicante aliter fuit regula, ut colligitur ex proemio ubi eam rationem ejus decisionis reddidit, ut quietus in sua vocatione mendicans persistat. At creatus Episcopus jam liber est a regula iugo, ut diximus c. praed. num. 19. Quamvis autem hoc sit factum probable: at probabilis reputo, eum subiacere his penis, quod vere ante professionem in posteriori monasterio versus religio ordinis mendicantium sit, quamvis a iugo regulae absolutus, & ita transiens ad ordinem non mendicantem, dicitur vere non persistens in prioris vocatione Atque ita docent Paulus, & Lopus eadem Clement. 1. quos referunt, & sequuntur Anchar. ibi. num. 4. notabil. 4. in fin. imol. num. 10. Card. in princ. nu. 17. qu. 9.

120 Haecenus episcopus de religio, quos ille poena afficiunt: jam de penis ipsis agere oportet. Quae poena est duplex, Prior est, ut voce, & loco in capitulo careat mendicans transiens ad non mendicantes, etiam si tunc Prioratus, vel officia, vel regimen quodcumque obtineat ibidem. Quae intelligenda est de voce tam activa, quam passiva, eum indistincte, & generaliter textus vocem in Capitulo hunc transiitum interdicat, ut bene tradit Navarr. comment. 4. nu. 24. de regular.

121 Sed difficultas est, an si is mendicans transiens ad non mendicantes obtineret administrationem in Ecclesia seculari collegiali, possit in eius Ecclesia Capitulo vocem habere? Cujus solutio pendet ex ipsa textus interpunctione. Si enim virgula adiciatur verbo, abinet, sensus est, ut ubicumque ille transiens administrationem obtineat, careat voce in Capitulo: ac subinde hic illa carebit. Atque hunc sensum magis approbat Card. in princ. num. 1. in princ. num. 2. oppost. 3. Si vero virgula adiciatur verbo, inibi, sensus est, ut si inibi, id est, in ipsa religione, administrationem habeat, careat voce in capitulo. Quare eam extra religionem habens, non privatur hac voce. Et hic sensus est verior, ac conformior textui, & in novioribus decretalibus ita se habet textus interpunctio, & ita docent Gloss. ibi verb. inibi Paulus, & Stephanus ibidem, ut eos referunt, & sequuntur Anchar. ibid. nu. 12. qu. 12. & nu. 11. qu. 3. imol. num. 22. Bonifac. num. 60.

122 Sed gravior difficultas est, quam movet Gloss. eadem Clement. 1. verbo inibi, qualiter textus mendicantibus, qui ad non mendicantes transierunt, & in ordinibus non mendicantibus Prioratus, & officia habeant, interdicat vocem in Capitulo habere. Quippe id absurdum videtur, ut ii Praelati maneant, & hac voce careant, cum multa expediri nequeant abique Praelati, & majoris partis Capitulo consensu. Quare non satis bono religionis, ac negotiorum expeditioni consilium est. Quod si dicas ea tunc abique Praelati consensu extendenda, ut Sede vacante contingatur, ex c. penult. de Suppl. meff. Praetor. in 6. Id non valet, quia vacante Sede id reperitur decium in iure. Nec tunc etiam potest Capitulo omnia negotia expedire, iuxta notata, c. illa, ne Sede vacante. At in hoc evenit nullibi id decium reperitur, nec militat eadem ratio: quia cum Sedis vacatio brevi tempore duratura praesumatur ad tempus iure

praescriptum, quo Praelatus creandus est, c. selectio, de elect. in 6. nihil absurdum est, si aliquot negotia tunc expedienda committantur soli Capitulo. At cum Praelatus hic possit diu vivere, majus esset periculum, si voce in Capitulo careret. Quare duplicem solum tradit Doctores huius poena. Prior est, ut non intelligatur interdita vox in peculiari conventus Capitulo, sed in solis Provinciali, & Generali. Posterior est, ut haec poena non comprehendat Principales monasterii Praelatos; sed alios huius subiectos habeant aliquam administrationem in monasteriis, qui carebunt voce in Capitulo, etiam peculiaris monasterii. Quos sensus amplecti cogit vitatio praedicti absurdi: atque ita docent Gloss. in verb. inibi, & ibi Anchar. nu. 10. qu. 2. imol. nu. 12. Bonifac. nu. 62. & 67. Card. in princ. nu. 5. oppost. 4.

123 Dum autem transiens hic privatur loco in Capitulo intelligitur in rebus honoris, ut in electionibus, & tractationibus: secus in rebus oneris, ut in disciplina, & correctionibus, de poena immunitatem pariat contra Praelatos in ibi. ff. de interd. c. vlt. & ita allegato Zamelino docent Anchar. ead. Clement. 1. nu. 5. notabil. 5. imol. nu. 13. Bonifac. num. 78. Cardinal. in princ. nu. 7. oppost. 7.

124 Non tamen privatur loco in choro, & aliis congregationibus praeter solum Capitulum, ne poena de solo loco in Capitulo loquens extendatur ad locum in aliis. Et ita docent Gloss. eadem Clement. 1. verb. locus, & ibi imol. num. 13. Bonifac. nu. 67. Rebol. prax. benef. tit. de dispensat. cum regular. num. 54.

125 Tandem haec prior vocis, & loci in Capitulo privato procedit non in solis, qui tunc transierat ex mendicantibus ad non mendicantes, fed etiam in his qui in posterum transibunt; quia textus expresse de utroque loquitur. Et ita docet Bonifac. ibi, nu. 85. ex quo recte inferunt num. 88. & 89. & Rebol. prax. benef. tit. de dispensat. cum regular. nu. 56. si cum his transiitibus dispensetur a Pontifice, ut transiant Prioratusque obtinere valeant, non subinde gaudebunt hac voce, & loco in Capitulo, nisi ea quoque exprimat. Quia cum hac separari valeat a Prioratu, ut constat ex illa Clement. 1. non extenditur ea dispensatio, ut potest odiosa, ad haec.

126 Posterior poena est, ne transientes in posterum admittantur ad Prioratus administrationes, aut quaecumque officia etiam, tamquam vicarii, vel ministri, vel locum aliorum tenentes, & ne animum curam, aut regimen possint pro se, vel pro aliis exercere. Circa quam penam primo dubitatur, an Prioratus, & administrationes censentur tantum interdita inter religionem; nam ita intelligi consuevit Federic. cons. 161. quidam religiosus, pro totum; quia in priori parte textus loquatur fuerat de habentibus administrationem intra religionem, & illis quoque interdixit vocem, & locum in Capitulo. Et hoc cum venit ad posteriorem penam, utitur textus dictione, quae, cuius est praecedentia continuare. Quare in ea poena sola administrationem, & Prioratus intra religionem interdici videtur. At merito hanc sententiam improbat Lopus ead. Clement. 1. quem referunt, & sequuntur ibi Anchar. in fin. & Caplin. ibi verb. ad Prioratus, num. 1. quae 2. quia textus universititer loquitur utens dictione, quaecumque. Insuper quia, ut diximus num. 122. probable est, interdici quoque in priori poena vocem, & locum in quacumque administratione extra monasterium.

127 Secundo dubitatur, quid nomine officiorum intelligatur. Gloss. ead. Clement. 1. verb. officia, dicit posse intelligi quaevis officia: & sic non liceat his officium Sacritiae, Camerarii, Oeconomii, Syndici, & hoc eger declaratione: videri tamen non omnia officia intelligi, sed sola regulae ecclesiasticae subiecta. Idem tradunt imol. ibi nu. 13. Bonifac. nu. 70. & 71. Card. in princ. ad Prioratus quae 1. Unde inferunt hi tres non interdici officia religionis, onerosa, ut syndacatum, & similia. Alii vero dicunt intelligi omnia munia per religiosos fieri solita, ut Oeconomii, Castellarii, Olliarum, Cellarum, & similia; quia textus interdicit quaecumque officia. Et hoc est verius, quod sustinet allegato Paulo, & Stephanus, ibi. nu. 5. Navarr. comment. 4. de regular. nu. 24. Azor. lib. 12. in fin. moral. c. 1. qu. 12. ver. quare.

128 Hinc deducitur contra Bonifacium, eadem Clement. 1. nu. 74. & duplici sequen. interdici huius manus praedictam, quia interdicitur officium parochi, pro se, vel pro alio exercendum, cuius est proprium praedictam munus. Sic Gloss. nu. 1. verbo officia, Anchar. au. 5. imol. allegato Stephano, nu. 14. Cardinal. ibi verb. ad Prioratus nu. 2. qu. 3. Navarr. comment. 5. de regular. nu. 24. Azor. tom. 1. lib. 12. in fin. moral. c. 1. qu. 12. ver. quare Leonard. lib. 2. de iust. c. 21. dub. 13. nu. 105. quod bene intelligunt Stephanus, Cardinal. Anchar. & imol. ibidem, de officio publicae, & solemnibus praedicationibus, secus de privata instructione.

129 Atque idem dicendum est de officio lectoris Theologiae. Sic Paulus, quem referunt, & sequuntur Anchar. imol. Azor. Leonard. nu. praed. allegati. Atque idem dicendum est de officio lectoris iuris canonici. Paul. Anchar. imol. Azor. ibidem. Atque idem de officio lectoris aliarum facultatum Paul. Anchar. & imol. ibi quorum omnium ea est ratio, quod haec universalia dicantur in religione officia.

130 Secundo deducitur, non posse hoc esse Episcopi vicarios, quia eadem Clement. 1. interdicitur ipsis quaecumque officia ab ipsis etiam tamquam vicariis exercenda. Ita tra-

dunt Paul. imol. Anchar. allegati num. 122. Card. in princ. Clem. 1. verb. ad Prioratus num. 4. quae 6. Navarr. comment. 4. de regular. num. 24. Sed bene Bonifac. ead. Clem. 1. nu. 36. id temperat, quando id vicarii minus ex consuetudine, vel privilegio obdi deberet per illius religionis monachos, quia (ut diximus nu. 128.) sola officia per religiosos obiri solita interdiciuntur.

131 Tandem aliqui sentiunt, nec hos religiosos transientes posse gradu aliquo literario insigniri, ut licentiae, vel doctoratus. Sic Paulus, quem referunt, & sequuntur Bonifac. ead. Clem. 1. nu. 91. Sed merito contrarium tenet Card. in verb. ad Prioratus nu. 4. qu. 5. quia ad gradus hos progredi non est officium, aut administratio.

CAPUT VIII.

De penis apostatarum, & fugitivorum a religionis obedientia, & qualiter religiosus ab illa appellare permittatur, aut Praelatos regulares regulare.

SUMMARIUM.

Quos quaestiones disputande sint, num. 1. Qui religiosi dicantur vere apostatae, & fugitivi, nu. 2. Improbantur dicentes idem esse apostatam, & fugitivum, numero 3. An ad apostatam conferat aliquid dimitti, habitum, aut illum retinere? nu. 4. Improbantur dicentes occultantem habitum esse apostatam? numero 5. An Beata D. Francisca, & D. Dominici, & religiosi Societatis JESU, qui post vota biennii, vel tempore novitatus emissam recedunt ab eo statu, sint apostatae? nu. 6. An sint apostatae religiosi transientes abique debita licentia a religionem laxiorem? referunt quaedam sententiae nu. 7. Proponitur sententia auctoris num. 8. Quae ibi remittitur, an hic excommunicationem incurrant? An hi dicantur fugitivi? num. 9. Explicatur motus proprius Pauli IV. postquam divina bonitas; an de solis veris apostatis intelligatur? num. 10. An privilegia Societatis JESU excommunicatis recedentes ab ea, intelligantur de solis apostatis? nu. 11. An consensus sit fugitivis religiosus? a excommunicatis? numero 12. Quis sit peccatus carceri damnatus? num. 13. Quis sit carcer esse iniustus, aut modus detinendi iniustus? est, aut iustus tantum secundum allegatum, & probata? numero 14. An liceat fugere si poena mortis, aut mutilationis, imminet? iustificatio sit religio in carcere manere? num. 15. An secularis, vel religiosus trivincibus damnatus licito fugiat? nu. 16. Explicatur Tridentinum sessio. 25. de regular. cap. 4. & an regularibus de superiore gravatis liceat abique licentia fugere? numero 17. An hi possint ab ordinariis puniri iuxta idem Tridentini decretum? num. 18. Postea invenies alia summaria.

Non est sermo in praesenti de apostasia a fide, quia factis de illa dictum est lib. 2. huius tractatus. Nec etiam de eisdem a religione per superiorum sententiam; quia de his c. sequen. tractandum est. Sed solum de recedentibus superiore inconsulto. Quadruplex igitur in praesenti est quaestio disputanda. Prima. Qui religiosi vere dicantur apostatae, & qui fugitivi. Secunda. Quibus penis subdantur apostatae a religionis obedientia. Tertia. Quibus subiacent fugitivi. Ultima. Qualiter religiosi a superiorum obedientia appellare permittuntur, & eos regulare.

Est ergo prima quaestio circa religiosos apostatas, & fugitivos, & qualiter differant inter se. Et quidem hoc inter utroque dilat, quod fugitivi proprie dicantur, qui a monasterio recedunt abique superiorum licentia, ut extra ipsius potestatem, & obedientiam sint. Quis sit fugitivus si de alio loco edito. Apostatae autem sunt, qui a monasterio cedunt animo, & voluntate excutiendi obedientiae iugi in perpetuum, deserendique instituti religiosi. Quare si hic animus desit, fed fugiat animo aliquid extra religionem vagans, posteaque ad religionem redeundi, crunt qui, dem fugitivi; non autem apostatae. Hanc differentiam tradit Angel. verb. apostasia num. 4. & ibi Sylvius quae 4. num. 9. Cajetan. 2. 2. qu. 12. art. 4. dub. 2. colum. ult. & ibi Aragon. in dub. de apostasia a religione & ibi Bannez dub. 2. de apostasia a religione, concl. 5. Navarr. lib. 5. conf. tit. de apostasi in utraque edic. conf. univ. num. 2. & duplici. seg. Valent. 2. 2. disp. 1. quae 12. punct. 1. ad finem Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 12. c. 16. quae 12. Leonard. lib. 2. de iust. c. 21. dub. 15. num. 109. Manuel Rodrig. 99. regular. tom. 1. qu. 30. art. 1. Quare fugitivus est nomen commune fugitivis, qui non sunt apostatae, & qui vere apostatae sunt: omnis enim apostata est fugitivus, quamvis non omnis fugitivus sit apostata; quod bene tradunt Sylvius, & Azor. citati. Unde fugitivus, ut importat speciem particu-

larem distinctam contra apostatam, dicitur ille, qui discedit ad tempus, ut liberè vagetur cum animo redeundi ad religionem, ut docent omnes DD. supra adducti.

3 Hinc deducitur primo, incaute aliquos Doctores sensisse idem esse fugitivum, & apostatam, nec tamen dici dicit vagantem extra religionem cum animo redeundi. Hi sunt citato Raynerio, D. Antonii, 2. par. fr. 12. cap. 6. paulo post principium, & 3. p. tit. 16. c. 5. §. 3. Tabien. verb. apostasia q. 14. nu. 17. et ibi Arvil. num. 6.

4 Secundo deducitur, ad veram apostatam nihil referre, an habitu religionis admittatur, necne; fed vere apostatam esse recedentem a religione animo nunquam redeundi ad illam, etiam habitum retineat. Quia sicut habitus monachum non facit, sed regulae monasticae professio; sic apostatam reddit recensus a monastica professione, etiam si habitum non deponatur. Atque ita docent Ang. & Sylvius. Cajet. Navar. Bannez, Aragon. Valent. & Manuel Rodrig. allegati num. 4. Tabien. verb. apostasia quae 11. num. 14. & ibi Armilla numer. 11. Anan. c. fin. statim in princ. de apostasi Azor. tom. 1. in fin. moral. libro 12. cap. 17. quae 6. idem etiam Manuel 1. tom. sum. cap. 47. numero 1. Et contra non est apostata, fed solum fugitivus, qui dimisso habitu fugit ad tempus, sed si animum ad religionem redeundi habeat, ut bene docent Valent. ibidem, & clarè constat ex definitione apostatae tradita numero 2.

5 Tertio deducitur, incaute aliquos juris peritos appellare apostatam religiosum, qui ita suae religionis habitum alio cooperit, ut exterius non appareat. Hi sunt Glo. Cl. 2. verb. extrinseci de veris, & benef. cleric. & ibi imol. numero 31. & ibi Card. in verb. dignitatem num. 2. quae 3. Jean. Andr. regul. ceptum in fin. de regul. iur. in 6. c. Deus qui num. 1. de vita, & benef. clericor. & ibi Anchar. num. 4. notabil. 4. & ibi imol. num. 2. Franc. c. 2. in princ. num. 2. ne clerici, vel monachi in 6. & ibi probus additionibus ad Monachum a num. 8. quae ad finem Anan. rubr. de apostasi, cum regular. num. 43. tit. Rebol. prax. benef. tit. de dispensat. cum regular. num. 43. D. Anton. 3. p. tit. 16. quae 6. paulo post princip. & tit. 24. conf. 53. Sylvius. verb. excommunicatis 9. conf. 24. num. 53. Sed omnes isti de apostasia largè, & improprie sumpta intelligendi sunt: nam, ut constat nu. praed. habitus dimissio, vel defectio nihil refert ad veram apostatam, sed eam solum animum recedendi in perpetuum ab instituto religioso constituit. Et ita hunc non esse proprie apostatam tradit, dicens sic decium esse a Rota, Mansus, in signat. grat. verb. licentia vest. qui licentia non obtenta Manuel. 99. regular. tom. 1. qu. 30. art. 2. Utrum vero is sit excommunicatus ob habitum occultationem? dicemus num. 62.

6 Quarto deducitur, non esse apostatas mulieres, quae vulgo vocantur Beatae tertii ordinis D. Francisca, & D. Dominici, si ab eo statu recedant in perpetuum, matrimonique copulerent contra vota castitatis, paupertatis, & obedientiae emissam. Ita docent Bannez 2. 2. quae 12. art. 1. ubi de apostasia a religione, dub. 1. concl. 1. & ibi Aragon. in dub. univ. de apostasia a religione, & utroque eam rationem reddit, quia haec solis simplicibus votis adstringuntur. Imò Bannez generaliter dicit, si sit religio, in qua votum simplex tantum emittatur, ut accidit in his mulieribus, non esse apostatam retrocedere ab illa. Sed hac ratio nullatenus est legitima, nec doctrina vera est, quatenus de religione agit: nam religiosi Societatis JESU solis biennii simplicibus votis adstricti per quae novitii esse desinunt, & veri religiosi efficiuntur, sunt vere & proprie apostatae, si ab eo statu recedant, ut docuit Gregorius XIII. in sua extraneae ascendente Dominio. Sed ratio legitima huius doctrinae (quam approbo, quatenus agit de illis Beatis) est, quia illa Beatarum congregatio non est approbata a Sede Apostolica tamquam religio; nec per ea vota constituitur in statu vere religio. At apostasia haec est recensus a statu vere religio. Novitii autem Societatis JESU, qui tempore novitatus adstrinxerant se votis paupertatis, castitatis, & obedientiae, ut in ea fieri consuevit esse, peccabant quidem mortaliter, si recedant abique legitima licentia ab eo statu, quia erunt transgressores votorum: ac non erunt apostatae, quia per ea vota non desinunt esse novitii, nec efficiuntur veri religiosi.

7 Quinto deducitur decisio ejus quaestiones, an sit apostata, qui propria religione deserta tranfit abique legitima licentia ad religionem laxiorem? Quidam affirmant hunc esse apostatam. Ita Franc. cap. 2. in princ. num. 7. ne clerici, vel monachi in 6. & ibi Dominici, §. final. nu. ultim. Verum hi Doctores non affirmant hanc poenam & vere esse apostatam; & ita explicari possunt de apostasia largè, & improprie sumpta, ut alios juris peritos dicentes occultantem habitum esse apostatam, explicuimus num. 5. At hunc esse vere apostatam, subiciunt omnibus apostatarum penis, affirmat Suar. 5. tom. in 3. p. disp. 31. c. 6. num. 4. Duciturque, quia relinquens statum suum religiosum, & alium assilumens invidè, perinde est, ac si religiosum statum omnino deponeret. At transiens abique legitima licentia ad religionem laxiorem, tranfit invalidè, & professio posterior est irrita, & omnino dimittit priorem. Ergo est verus apostata; adus enim omnino irritus immunitatem non praestat, neque aliquid confert.

8 At non est recedendum a frequentissima sententia asserente; hunc non esse vere, & proprie apostatam, sed lar-